in litore terrę autumnum quidem. ſed
in hiſ quę media aqua ſunt. Pleru
que ergo in p&riſ. quaſ aquę circu
dant. Intellegimuſ ergo p&ram
ēē idoneam fulicę domum; Nuſquā
fortiuſ. & firmiuſ habitat quam in pe
tra; In quali p&ra in mari conſtitu
ta; Et tunditur fluctibuſ. frangit
tamen fluctuſ non frangitur; Hoc
hab& magnum p&ra in mari conſti
tuta. Quanti fluctuſ contuderunt
p&ram noſtram dnm xpm. Eliſi ſunt
in illum iudei; illi fracti ſunt. ille inte
ger manſit. & unuſquiſq; imitanſ
xpm. ita ſit in iſto ſeculo. id eſt in iſto ma
ri. ubi non poteſt. niſi procellaſ tempeſta
teſq; ſentire. ut nulli uento cedat.
nulli fluctui. ſed omnia excipiat & in
teger maneat. Ergo fulicę domuſ &
fortiſ ē & humiliſ; Non hab& domū
fulica in excelſiſ; Nihil illa domo fir
miuſ. & nihil humiliuſ. In cedriſ
quidem nidificant paſſereſ. propt̄ prę
ſentem neceſſitatem. Sed p&ram
illam habent ducem quę fluctibuſ
tunditur. & non frangitur; Imitan
tur enim xpi paſſioneſ. & ſi forte
cedri libani iratę fuerint. & aliquid

moleſtię uel ſcandali ſeruiſ di. inira
miſ ſuiſ commouerint. Uolabunt
quidem inde paſſereſ; ſed uę cedro rę
manenti ſine nidiſ paſſerum; Paſſe
reſ enim. non naufragabunt. non pe
ribunt. quia fulicę [domus] dux ē eorum.
Quid ergo ſequitur; Monteſ altiſſi
mi ceruiſ. cerui magni ſpiritaleſ. tranſ
cendenteſ in curſu omnia ſpinoſa uepri
um atque ſiluarum; Qui perficiſ in
quid pedeſ meoſ ſicut cerui. & ſuper ex
celſa ſtatueſ me; Teneant monteſ
altoſ. alta pręcepta di. ſublimia cogitent;
Teneant ea quę multum eminent in
ſcripturiſ. iuſtificentur in ſummiſ.
Cerui enī ſunt illi monteſ altiſſimi.
Quid de humilibuſ beſtiiſ. quid de lepo
re. quid de ericio; Lepuſ minutum
animal & infirmum. ericiuſ & iam
ſpinoſum; Illud animal timidum.
illud animal ſpiniſ coopertum; Spinę
quid ſignificant. niſi peccatoreſ. qui
peccant cottidię. Etiam ſi non mag [peccator]
na peccata. minutiſſimiſ ſpiniſ coo
pertuſ ē. In eo quod timidum & lepuſ eſt.
In eo quod minutiſſimiſ peccatiſ ope
ritur. ericiuſ ē. Et non poteſt te
nere excelſa ille & perfecta pręcepta;

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 166, p. p.%20114 – Fifth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0166/p.%20114)